

Band VIII., Nr. 2695, Seite 40-41

Altschultheiß Eberwin von Dornstetten schenkt mit Einwilligung seiner Herren der Pfalzgrafen Otto und Hugo von Tübingen um seines, seiner Gattin und seiner Erben Seelenheils willen dem Kloster Kniebis sein Haus und seinen sonstigen Besitz in Dornstetten sowie seinen Hof in Schopfloch.

Altheim, 1277. Juli 1.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Eberwinus quondam seultetus in Dornsteten salutem in domino cum notitia subscriptorum. Ad omnem litis materiam perpetuo abscidendam solent ea, que in tempore gesta sunt, ne labantur cum tempore, litterarum et testium cautionibus perhennari. Noverint igitur presentes et posterii universi, ad quos presens scriptum pervenerit, quod ego sufficienti deliberatione prehabita de voluntate et consensu plenario nobilium dominorum meorum Ottonis et Hugonis dei gratia comitum palatinorum de Tuwingen, ad quos iure servilitatis pertinere dinoscor, nec non de consensu coniugis heredumque meorum dilectis ac deo devotis fratribus de ordine seu regula Penitentium sancti Francisci beatissimi confessoris Christi residentibus in Knieboz Nigre Silve domum meam in Dornsteten cum omnibus suis attinentiis agros et prata seu alia quecumque habere poteram in dicto loco, item curiam meam in Schopfloch similiter cum omnibus suis attinentiis, vivus ac incolumis omnique semoto obstaculo servatis etiam omnibus circumstantiis ad prefatam donationem secundum omne ius necessariis in remedium anime mee coniugis heredumque meorum contuli ac tenore presentium libere resignavi hoc adiecto, ut si Hugo filius et heres meus dicta bona in Dorneste[te]n sibi tamen comparare voluerit post obitum meum et sine litis commotione requisierit ab eisdem, non de iure, cum ius in ipsis non habeat, sed amore, taliter sibi vendant, quod aliâs ipsis in redditibus annuis XIII maltrorum tritici provideat bona fide in locis vel loco, quo possidere valeant libere et quiete. Et si dictos fratres, quod absit, regulam antedictam in posterum non servare vel aliâs vitare contingeret, extunc dispensatio prefatorum bonorum ad gardianum fratrum Minorum in Rutlingen, qui pro tempore fuerit, pertineat pleno iure.

 Acta sunt hec in Althain, anno domini MCCLXXVII., octava beati Johannis Baptiste. Cuius rei testes sunt: dominus Volmarus plebanus in Althain, dominus Fridericus miles dictus Molendinarius, dominus Krafto de Althain, dominus Sigelinus notarius dictorum dominorum palatinorum et alii quam plures. In cuius etiam rei perpetuam firmitatem presentem tenorem sigillis sepedictorum dominorum palatinorum de Tuwingen, prioris in Richenbach, prefatorum fratrum Minorum in Rutlingen ipsis tradidi consignatam.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Drei Siegel: 1) Das Siegel des Pfalzgrafen Otto von Tübingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2437 (WUB, Bd. VII, S. 321). 2) Das Siegel des Priors von Reichenbach, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2050 (WUB, Bd. VII, S. 14). 3) Das Siegel des Franziskanerklosters in Reutlingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2334 (WUB, Bd. VII, S. 238).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 494 U 55

Editionen:

Schmid: Pfalzgrafen von Tübingen, Urkundenbuch, S. 50 (Auszug).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Altheim

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (7453)
 Altheim, Horb am Neckar, FDS
 Dornstetten Wohnplatz (7386)
 Dornstetten, FDS
 Klosterreichenbach Wohnplatz (7315)
 Klosterreichenbach, Baiersbronn, FDS
 Kniebis Wohnplatz (7420)
 Kniebis, Freudenstadt, FDS
 Reutlingen Wohnplatz (15981)
 Reutlingen, RT
 Schopfloch Wohnplatz (7602)
 Schopfloch, FDS
 Tübingen Wohnplatz (16214)
 Tübingen, TÛ